

sten, in *Cantica*, et *Sapientiam*, prout hae Expositiones leguntur T. III. *Postillarum* saepe jam memorati *Hugonis a S. Caro* ex Ord. Praed. Cardinalis *Lugd.* 1645. f. Ad calcem addidit Librarius: *Vlricus Planck pedellus theologorum finivit hunc librum scriptum suis manibus proprijs Sub Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo quinto.* Puta solum Librum in *Sapientiam*; anteriora enim non ab una manu sunt, et, quae in *Cantica*, ab elegantiore quidem.

Ad *Codicem* utrinque convestiendum miro consilio *Haselbachius* membrana per medium secta adhiberi iussit Literas a Concilio *Basileensi a. 1442. VII. Id. April.* ad se datas, quibus ei commendabat *Bartholomaeum Ep. Cornetanum*, *Nicolaum Amici* et *Jobannem Keck* Theologiae Magistros *Felicitis V.* et suos Oratores ad *Fridericum III. Imp.* ut eorum dictis fidem habeat, et caussae apud Principem patrocinetur, *sicuti magistrum Theologie decet*, quo loco *to magistrum Theologie* rescriptum est, deleta compellatione primitiva, quae fortassis infra dignitatem Nostri erat. Nihil de hoc negotio vel in *Vita illius P. I. Scriptt. Univ. Vien.* p. 138. vel in *Conspectu Hist. Univ.* ad h. a.

CXLIX.

U. 133 Codex membranaceus lat. Sec. XIII. Folior. 131. f. luculente et pereleganter exaratus, rubricis, iconismisque linearibus ornatus

hanc in anteriore theca notam praefert: *Hunc librum legavit felicis recordationis honorabilis vir dominus philippus altarista ad celiportam* (Virginum quondam Canon. Reg. S. Aug. Collegium) *pro libraria Collegii ducalis.* Continet autem I. *Expositionem Honorii Super Cantica*, quae prostat in *Bibl. PP. Lugd. T. XX. p. 1153.* At vero, dum Editio incipit: *Donum Sapientiae cum Salomone poscenti*, neque Abbatis, ad quem *Honorius* Expositionem *Libri David*, nempe *Psalterii* miserat, nomen exprimit, Codex noster ita orditur: *Symoni Donum Sapientiae cum salomone poscenti honorius a uero pacifico postulata consequi. Quia predecessori tuo beatę memorię uenerando abbati Chuononi librum dauid utcunque explanauit &c.* En *Cunonem* abbatem, cui *Simon* abbas successit. *Cunones* in *Gallia* raros; frequentiores in *Germania* fuisse, uti *Conrados*, e quo nomine contracto *Cunones* orti sunt, docet *Historia.* Quorsum istud? Ad aperiendam suspicionem, nimis liberaliter hactenus in *Honorium* Presb. et Scholasticum *Augustodunensem* congestum fuisse, quidquid *Honorii* nomen praeferret, et *Honorium* illum, qui jam *Solitarius*, jam *Inclusus* inscribitur, hominem potius *germanum* haberi debere. Nec moveat *Honorii Augustod.* Libellus IV. de *Luminarib. Eccl. c. ult.* in quo ipse omnia Scripta, de quibus quaeri possit, sibi adtribuit. Non enim *Vir modestus Opuscula sua non spernenda* adpellasset, neque adferu-

seruisset, se *Cantica Cantic. miro modo* exposuisse. Itaque C. illud *ultimum* a posteriore quodam additum est, quemadmodum id ad *Ifidorum* a pluribus factum esse videmus. Observa praeterea *Honorii de Imagine Mundi Librum III.* chronologicum sub finem nihil nisi *Germanica* tractantem. Considera frequentiam *Mss. Honorii* in *Germania* longe majorem, quam ullibi. Expende, an Opusculum inscriptum *Summa Gloria de Apostolico et Augusto* non manifeste dissidia Pontificum cum Imperatoribus *Rom. Germ.* respiciat, quae parum sane ad *Gallum*. Denique, ut ad *Codicem* redeam, ubi facile reperies, *Simonem Cunoni* in Abbatibus munere successisse, nisi in *Salisburgenfi D. Petri Coenobio* an. 1262.—70. Examinent, quibus vacat, *Honorii Scripta* cum in

Preconata melis. adducitur ecce camelis.

Austri regina. reparatur prisca ruina.

III. de *Sunamite*, quae repraesentatur curru *Sacerdotis Aminadab* vecta, *Prophetarum et Apostolorum* capitibus e phaleris equo-

Que fuit immitis. mansueta redit sunamitis.

Hec prius abiecta. regnat captiua reuecta.

Demum IV. de *Sponsa Aquilonis Scilicet Mandragora*, cujus Iconismus corpus exhibet, cui adstantibus hinc *Adolescentulis*, illic *Amicis Sponsus* caput impo-

Bibl. PP. Lugd. T. XX. a p. 963. tum T. II. *Anecd. Bern. Pezii* a Col. 69. adhibitis in consilium *Tribemio, Caveo, Fabricio* et T. IX. *Franciae literat.* Mihi dubium ad alios *Honorii* Codices pressum, ad hunc vero invalescens movisse sufficiat. Jam ad ipsam *Canticorum Expositionem*, quae, ut dixi, prostat *Bibl. PP. Lugd. T. XX.* p. 1153. In hac Editione prolixus Prologus inutiliter in plures distinctus est; in Codice continuus decurrit, et finit: *Hec igitur sponsa aduentum sponsi desiderans dicit.* Liber I. nobis inscribitur: *de filia pharaonis*, et pictura caret. II. *de Sponsa Austri. Scilicet de Filia Babylonis*, et Iconismum praefert, quo illa pari *Camelorum* infidet, *Philosophis* frena ducentibus, et sequentibus *Apostolis*, atque *Martyribus* cum lemmate: *Q. irmit*

rum prominentibus, 4. rotis totidem *Evangelistarum* symbola exhibentibus, et *Judaeis* currum sequentibus. Supra:

nit, alio capite cornuto resecto humi jacente, quod e *Commentario Antichristi* esse intelligimus. Inscriptio:

*Cui caput imponit. sponsam diademate comit.
Equat reginis. Sponsus coniungit amicis.*

Atque vel hinc adparet, quam vere de Autore L. IV. *suprac. c. ult.* dictum fit: *Miro modo Cantica Canticor. exposuit, ita ut prius exposita non videantur.* Probabile etiam fit, *Codicem* nostrum ejus tempora prope contingere cum propter characterum formam, tum propter picturae adparatum, tum etiam propter partium *Prologi* dispositionem, quae longe cohaerentior est, quam quidem in *Editis*, ut conferenti patebit.

II. fol. 108. p. 2. sequitur *Ejusdem Sigillum Sancte Marie*, five *Cantici Canticor.* ad eam adplicatio. Praeit *Epistola: Fratres Solitario. Optimo Magistro, Librorum Registro &c. et Responso Solitarii.* Quia *pondus diei et estus decreui &c.* Tum *Opus* incipit: *Dicitis uos mirari, cur euangelium &c. et finit: post hanc miseram peregrinationem cum ipsa regnetis in secula. Amen.* Ut a me pluries cum hoc, tum *Vol. I.* indicatum, et in *Bibl. PP. suprac. p. 1217.* impressum.

III. fol. 123. *Incipit de neocofmo.* Praeit *Locus* quidam de *XLVI. Annis aedificationis Templi* adplicatis ad aedificationem corporis Christi, cui *Librarius* perpetram *Hieronymi* nomen imposuit. Atque hunc eundem locum fuisse patet in *Codice Gemnic.* e quo *Opusculum* praefens edidit *Bern. Pezsius* T. II. *Thes. Anecd. col. 69.* qui laciniam illam *Praefationem* inscripsit. Sed genuina *Praefatio*

illa est, quae incipit: *Quia multi multa de primis sex diebus differuerunt &c.* ut agnovit ipse *Pezsius Diff. Isag. p. 6.* et ego monui *Vol. I. P. I. col. 252.* Hic interim dubium movere debeo de ultimis ejus verbis: *pando uobis huius textus obscuritatem. Cui uero hoc placeat. elucidario nostro in capite prefigat. Exameron.* Loquine credam *Solitarium* nostrum de hoc *Libello* tribus *Elucidarii* sui *Libris* praefigendo, an vero de illo, quem sane *Elucidarium* adpellare potest, cum *obscuritatem* pandat, *Hexameron* inscribendo? Mihi quidem mens *Scriptoris* magis videtur, ut *Libellus* hic *Hexameron* vocetur, quam, ut praefigatur *Elucidario* illi *dialogico* inter *Anselmi* *Opera* edito, et a me *Vol. super.* non semel relato, a quo forma penitus abludit. Demum observo, *Exemplar* nostrum absque divisione in *Capita* decurrere, et, quod *Pezio* *Caput VI.* est de *Incarnatione Domini*, nobis simpliciter ad marginem rubro notari: *De natiuitate Domini.*

CL.

Codex membraneus lat. Sec. U. 134
XIV. Folior. 246. f. per duas columnas diligenter et nitide exaratus, rubricis comtus, et hanc in involucro notam praefereus: *Hunc librum dedit Collegio Magistrorum Eximius Artium et Sacre pagine professor Magister petrus de pulka.*
Obijt